

Yale University Library Digital Collections

Title	Sed tu, falfa male, & molesta vivis, ...
Date	M D CC LXI [1761]
Rights	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
Generated	2021-02-21 06:26:09 UTC
Terms of Use	https://guides.library.yale.edu/about/policies/access
View in DL	https://collections.library.yale.edu/catalog/2040372

*Sed tu, falsa male, & molesta vivis,
Per quam non licet esse negligentem:*

id est, perverse, & cum molestia mea jocosa es, plane, ut apud
Horatium Satyr. I, ix, 65.

male falsus

Ridens disimulare: meum jecur urere bilis.

Conf. *Bentl.* ad *Carm. III, xiv, 11.* Similiter autem *Flaccus male*
post adjectivum collocat *Sat. I, iv, 64.*

Sulcius acer

Ambulat, & Caprius, rauci male, cumque libellis.

& *II, v, 45.*

Si cui praeterea validus male filius.

Nec aliter *A. Cuningamius* edidit *II, III, 137.*

Quin, ex quo est habitus tutae male mentis Orestes.

In *Carmine Nuptiali LXIII, 31.* pervulgati libri exhibent:

*Hesperus e nobis, aequales, abstulit unam,
Namque tuo adventu vigilat custodia semper,
Nocte latent fures, quos idem saepe revertens,
Hespere, mutato comprehendis nomine eosdem.*

codex autem *Thuaneus* offert *eospem.* Hinc *Is. Vosii* conjectura
nata est, *eopse:* sed ea nulla dote se commendat. Equidem su-
spicabar aliquando in, *eos,* latere *Eöus,* & *Catullum* dedisse,

quos idem saepe revertens,

Hespere, mutato comprehendis nomine Eöus.

Elegantes enim & docti scriptores in talibus utrumque nomen *Hespe-*
ri, & *Eöi,* sive *Luciferi* ponere solent. *Virgilius Ciris v. 350.*

*Quem pavidae alternis fugitant, optantque puellae;
Hesperium fugitant, optant ardescere Eöum.*

quemadmodum *Bentlejus* emendat ad *Callimachi Fragm. LII.* ex
poëtae versibus:

*Αὐτὸν μὲν Φιλέσῃ, αὐτὸν δὲ τε πεΦέμασιν,
Ἐσπέριον Φιλέσῃ, ἀτὰρ συγγέσῃ Ἐῶν.*

Cinna